

mei abraam. qui perduxit me recto itinere. ut sumerem filiam fratris domini mei filio eius. Quobrem si facitis mihi. et veritate cum domino meo indicare mihi. sin autem aliud placet. et hoc dicite mihi. ut vadam ad dexteram siue ad sinistram. Responderunt laban et barthuel. A domino egressus est sermo. Non possumus extra placitum eius quicquam aliud loqui tecum. En rebecca coram te est. tolle eam et proficiscere. et sit uxor filij domini tui sicut locutus est dominus. Quod cum audisset puer abraam. proci dens adorauit in terra domini. Probatumque uasis argenteis et aureis ac vestibus dedit ea rebecca. pro munere. Fratrum quoque et matri dona obtulit. Inuito conuiuio uescetes pariter et bibentes manserunt ibi. Surgens autem mane locutus est puer. Dimitte me. ut vadam ad dominum meum. Responderuntque frater eius et mater. Maneat puella saltem decem dies apud nos. et postea proficiscetur. Nolite autem me retinere. quia dominus direxit uiam meam. Dimitte me. ut pergam ad dominum meum. Et dixerunt. Vocemus puellam. et queramus ipsam uoluntate. Cumque uocata uenisset. sciscitanti sunt. Quis ire cum homine isto? Que ait. Uadam. Dimiserunt ergo eam et nutricem illius. fraterque abraam et comites eius. imprecantes prospera sorori sue atque dicentes. Soror nostra es. Crescas in milia milia et possideat semine tuum portas inimicorum suorum. Igitur rebecca et puella illius ascensis camelis secute sunt uirum qui festinus reuertebatur ad dominum suum. Eo autem tempore deambulabat ysaac per uiam que ducit ad puteum. cuius nomen est uiuentis et uidentis. Habitabat enim in terra australi. et egressus fuerat ad meditandum in agro inclinata iam die. Cumque eleuasset oculos. uidit camelos uenientes procul. Rebecca quoque conspecto ysaac descendit de camelo. et ait ad puerum. Quis est ille homo qui uenit per

agrum in occursum nobis? Dixitque ei. Ipe est dominus meus. At illa tollens cito pallium suum operuit se. Seruus autem cuncta que gesserat narrauit domino suo ysaac. Qui introduxit eam in tabernaculum Sare matris sue et accepit eam uxorem. et intantum dilexit eam. ut dolorem qui ex morte matris eius acciderat temperaret.

XXV

Abraam uero aliam duxit uxorem nomine cetburam: que peperit ei zamram et iedan. et madian. et ielboch et Sue. Iedan quoque genuit saba et dadan. Filij dadan fuerunt assurim et latbusim et lamim. At uero ex madian ortus est epha et epher et enoch et abida heldaa. Omnes hi filij cetbure. Deditque abraham cuncta que possederat ysaac. filijs autem concubinarum largitus est munera. et separauit eos ab ysaac filio suo dum adhuc ipse uiueret ad plagam orientalem. Fuerunt autem dies uite abrae centum septuagintaquinque anni. et deficiens moruus est in senectute bona pro ueritate et plenus dierum: congregatusque est ad populum suum. Et sepelitur eum ysaac et bismael filij sui in spelunca duplici que sita est in agro ephron. filij seor et heri: e regione mambre quam emenarata filijs hebr. Ibi sepultus est ipse et Sara uxor eius. Et post obitum illius benedixit deus ysaac filio eius: qui habitabat iuxta puteum nomine uiuentis et uidentis. He sunt generationes bismael filij abrae quem peperit ei agar egyptia famula sare: et hec nomina filiorum eius in uocabulis et generationibus suis. Primogenitus bismaelis nabai: ortus uero deinde cedur et abdelhel. et mabsan massa quoque et duma et massa. Adad et Thema et Iachur et Naphis et Cedur duma. Isti sunt filij bismael. et hec nomina per castella et oppida eo